

Q.F.S.F.Q.

DISPUTATIO PHYSIOLOGICA,  
de  
**S O N O,**

QUAM -

SUFFRAGANTE AMPLISS FAC: PHIL:  
IN PERCELEBRI ACADEMIA ABOENSI,

PRÆSIDE  
VIRO CLARISSIMO

Dn. M. PETRO HAHN,  
PHYSICES PROFESSORE REGIO  
AC ORDINARIO;

PRO GRADU MAGISTERII  
SOBRIE PHILOSOPHANTUM CENSURÆ  
COMMITTIT

JOHANNES LÖNNDE BERG/  
HOLMENSIS

IN AUDITORIO MAXIMO  
AD DIEM xxx. JUNII A: MDCLXXXVII.  
HORIS ANTEMERIDIANIS.

\*\*\*\*\*

Impr. apud Joh. LAURENTII WALLIUM,  
Regiae Univ. ibid. Typogr.

SACRÆ REG. MAJESTATIS  
SENATORI,  
SUPREMI REGII DICASTERII,  
QVOD HOLMLÆ EST,  
PR. SIDI,  
ET  
ACADEMLÆ ABOENSIS  
CANCELLARIO,

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO Q.

DOMINO,  
**DN. GUSTAVO**  
**ADOLPHO**  
**DE - LA - GARDIE,**

COMITI DE Lådö/ ET Arensborg/  
LIB: BARONI IN Eefholmen/  
DOMINO IN Hapsal/ Helmet/ Hönen-  
torp / Rågelholm / Magnusberg/  
Mariæ - Daal/ ET Wänne-  
garn/ &c. &c.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO,  
VITAM PERENNEM ET PROSPERA  
QVÆVIS!

CELSISSIME COMES  
MECÆNAS MAGNE!



iteras & eruditionem  
suos habere osores, qvo-  
rum invidia haud raro  
premuntur, certum est:

Proinde divino factum esse consilio vi-  
demus, quod iis nec destituantur Patro-  
nis, ex quorum munificentia patroci-  
nioq; haud contemnenda capere queant  
incrementa. Etenim æterna providen-  
tia omni seculo ita res disposuit, ut inter  
spinas florerent etiam Protectores Do-  
ctrinarum: Scilicet lugent, squalent, lu-  
ctifonoq; personant ululatu literæ, quan-  
do conculcantur, spernuntur, ridentur:  
ē contrario vero, dum florent, majesta-  
tem

tem suam explicant , exsultant , triumphantq;. Non igitur immerito nos , qvotquot in hoc vivimus sapientiæ Palladio nobis impense gratulamur de Tuotantoq;, O Comitū Splendor! in Musas amore. Quo fretus ego quoq; me ejus committere audeo tutelæ , cuius prudentiam , justitiam , eruditionem & candidos mores venerantur omnes. Qvotiens in memoriam revoco ea tempora , qvibus ēnovercantis fortunæ faucibus in servitium suum me assumferit Tuæ Illustrissimæ Excell: beatissimæ memoriæ Parrens , Regius Senator & Drotzetus , de patria nostra optime meritus , qvi me paupertate fere oppressum ad studia pristina recolenda commovit , laborantemq; munificentissime erexit , succumbentem clementissime refecit , totiens defatorum in me bonitate cogito: Protantis

tis itaq; in me collatis, tam â Tua Illu-  
striss:Excell: qvam Celsissima domo Pa-  
tria, beneficiis, non habeo aliud repone-  
re quam simplex hoc ingenii specimen  
quod ad pedes Illust: Tuæ Excell. humili-  
ma mente depono, devoto pectore ro-  
gans, velit Illust: Tua Excell: id ipsum  
benigno oculo inspicere, me in posterū  
ut haetenus suo favore complecti. Vale  
Heros magne! in multos annos felix &  
salvus, in Divini nominis gloriam, in Re-  
giæ Majestatis utilitatem, in Patriæ in-  
gens commodum, in Celsiss: familiæ co-  
lumen & decus suum, qvod vovet

ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EXCELLENTIÆ

*Humilimus liens*  
J. Eindewerg.

*Amice singulariter dilecte.*

**E**am sapientiam prisci eruditum, tum hujus ævi prudentes professi sunt hactenus, quæ judicium illustrat, voluntatem gubernat, affectus temperat, adeoque solidam divinarum & humanarum rerum indolem, casto & gravi eloquio exponit. Super hanc à rerum initiis ad hæc tempora infixa floruerunt gloria Dei, majestas regum, regnorum honor & salus gentium. Nunc vero ut alia circa finem mundi à recto deviant: Sic candida quoque informandi ratio, in nescio quem mixto-barbarum processum degenerat, quem nunquam cogitavit Plato, nec vidit Aristoteles, nec somniavit Pythagoras, aut dogmatibus professi sunt veri temporum sapientes. Non sufficit impleuisse aëra nominalium & realium boatu, quod libero Scotti, chao inordinatissimo propositum, miraculis quidditatum, & immensa consimilium rerum elegantia: Nisi insuper culpetur ea oratio, quam non terminorum emblemata, & adulterinæ tot pulchritudinum gemmæ inconditum & invenustum faciunt. Tullii eloquentia, & scriptorū sive ætatis facundia, hactenq; apud cordatos in summo steterūt honore; nunc vero cum terminis non abundant spinosis & rigidis, doctorū regno ejicienda talia scripta. Sed nec meliora fata manebūt Mosi, Prophetis, Evangelistis, Patribus, Principibus Oratorum, Historicorum, Poëtarū, & Antiquorū Philosophos

phorum; quorum eloqua, doctrina, monita,  
nunc sunt plane spernenda, quia non sunt  
interstincta stellulis, plus quam aureis, plus  
quam ultra mundanis sophistarum. Vapulabit  
quoq; horū judicio magnus ille Paulus qvia pa-  
rum magistraliter definivit fidem substantiam  
rerum sperandarum, argumentum non appa-  
rentium, qvoniam spes quoque applicari po-  
test; neq; quidpiam addebat de termino à quo  
& ad quem; charactere delibili & indelibili;  
& quæ consimilia forte desiderant. De qui-  
bus singulis pluribus dicere nunc nihil atti-  
net; condonanda enim multa sunt humanitati,  
simplicitati & libidini cavillādi plurima, crassæ  
ignorantiae omnia; Tibi mihi deberg altior resū  
contigit intellectus, probas omnia, bona eligis,  
neminem suspenso naso rides, satis gnarus, quæ  
excelsa ingenia, quæ humiliora decent. Ac ut  
sublimium mentium magnus est usus in Eccle-  
sia & Politia; sic à sophisticis elenchis omnis  
error, confusio & quidvis audendi potestas, ori-  
ginem traxere. Proinde cum jam eruditorum  
censuræ submittis discursum, de natura SONI &  
ejus admittandis arcana, bene & facunde  
conscriptum; prolectibus Tuis ex animo adgra-  
tulor. Scilicet illuxit tandem festus dies quo Hol-  
mense germe sub polo hoc flores explicavit fru-  
ctusq; edidit. Vale & depromovenda gloria Dei  
de augendo bono publico semper cogita.

*Adposuit T.*

D. ACHRELIUS.

אַתְּלָשׁ

Politissimo, & litterarum laude conspicuo

V I R O - J U V E N I ,

D N . J O H . L i n d e b e r a / Philosophiæ  
C A N D I D A T O dignissimo, pro hono-  
ribus, quod ajunt , Gradualibus, eru-  
ditam de *SONO* Disputationem evul-  
ganti, σχεδίασμα :

Nescio quo natura modo, qua temperet arte  
Cuncta? tamen cunctis vis veneranda  
patet

E ffectu: Sic saepe SONUS diverberat anres,  
Forte quod aërius pellitur ire vigor.

T e SONUS in templo, cathedra SONUS, atque  
Camœnis

C ommendat Lindberah; T i resonante SONO  
Laudis. Ego pariter decoranti germine lau-  
rum,

A pprecior ex animo , quam DEUS ipse  
dabit!

Qvod honoris & amicitiæ  
ergo dedi au<sup>to</sup>ρε

ANDR. WANOCHIUS,  
Phil. Pract. & Hist. Prof.

AUSPICE ET DUCE DEO

OPT: MAX:

*DISSERTATIONIS PHYSIOLOGI-  
CÆDE SONO, SYNOPTICA  
DELINERATIO.*

THEOREMA I.

*Adstruit existentiam Soni 1. κατ' ἄρ-  
σιν. 2. κατὰ θέσην.*

**H**aud pœnitendo consilio, admonent ævi omnis Philosophi, methodicè, uti decet, veritatem indagantes, rei cuiuspiam lumine naturæ cognoscibilis considerationem, à quæstione τὸ ὅπ auspicandam. Oleum etenim operamque dubio procul perdidit is, qui essentiam, affectiones aut operationes reales & positivas indagari nitetur ejus, qvod veram realemq; in rerum natura entitatem tollit, sive absolute,

A

sive

2 sive in subjecto habili, aut nudum  
esse cognitum, seu objectivum  
habet. Constat proinde primo  
oportet, illico in limine discursus  
nostris, Sonum objectivam essen-  
tiam habere eamque non *fictam*,  
non *negativam*, non *privativam*, non  
*objectum rationis consequenter*, verum  
enim vero, *realem*, *veram & positi-*  
*vam*, prout requirit objectum o-  
mne scibile & necessarium. Es-  
se autem (*a*) rationis absolutū So-  
no ne tribuamus, repugnat i. *Cau-*  
*sa efficiens proxima & solitaria ejus-*  
*modi entitatis, quæ est sola ratio*  
*hominis, sibi suæq; voluntati &*  
*intellectui divinitus relictæ. Quæ*  
*aliquam rem in natura rerum da-*  
*ri concipit, quæ nusquam est, fuit,*  
*vel secundum ordinem natura-*  
*lem unquam existere potest; aut*  
*habet quod illi veram realemq; es-*  
*sentiam ponit; aliter enim conci-*  
*pit vel ratione essentiæ, vel attri-*  
*butorum, quam in se est, aut es-*  
se

se debet: Sic essentia purgatorii  
 & variarum ejusdem circumstan-  
 tiarum causa, non est Deus, nec na-  
 tura, sed ratio sibi relicta, ideoq;  
 hunc errorem sola Pontificiorum  
 ratio & intellectus inferunt. Talem  
 existentiæ essentiæque ab intelle-  
 ctu dependentiam, Sonus non in-  
 fert; verè enim ac r̄liter, per  
 modum accidentis & quidem qua-  
 litatis sensibilis, substantiis mate-  
 riatis inhæret, et si nullus sit intel-  
 lectus concipiens aut dictitans.  
 Repugnat 2. *Entis rationis quiddi-  
 tas*, quæ nec substantiam, nec in-  
 hærentiam, involvit, quibus scibi-  
 le continetur omne. Sonus è  
 contra inhærentiam eamque non  
*modalem*, sed *entitativam*, non *re-  
 spectivam*, sed *absolutam* involvit:  
 (β) pari etiam evincitur facilita-  
 te, negationem ut taceam, neq;  
*privativi entis* indolem Sonum sape-  
 re, idque præprimis, ab ejus *for-  
 mali ratione*, quæ dicit absentiam  
 rei per creationis aut naturæ or-

4 dinem inesse debitā; quale quid est peccatum Originis , quod infert absentiam imaginis divinæ cum contrario habitu ; imo & monstrum quocunque : id enim non ponit sed tollit naturalem perfectionem ; ut homo biceps non ponit, sed tollit veritatem naturalem in homine . ita Sonus omnino non destruit, sed maxime naturam perficit , faciendo corpus naturale scibile ejusque notionē auditum incurrere : Nec est ut quis opinetur , aerem quidquam capere detrimenti , cum collisione duorum corporum frangatur , & ita Sonus in actum ducatur . Est enim corpus absolute simplex , indeque nullius corruptionis obnoxium . Sectio præterea corporis simplicis in sua minutissima inq; atomos sensus fugientes oculorum , non infert corruptionem entitatis cuiuspiam simplicis , cum naturâ talem in resolutionem ferantur : Sic ignis, in sua resolutus minu-

minutissima non corruptionem  
fentit, nedum privationem qui-  
dem patitur (γ) Nec minus in  
proclivi fuerit adstruere, sonum  
non esse è numero eorum enti-  
um, quæ præter esse cognitum in  
natura nihil *reale* ponunt, quoad  
*conceptum* scilicet *objectivum statum*-  
*que idealum*, et si quoad *statum fun-*  
*damentalem*, realitatem inferant  
quam maxime; quæ ansam dedit  
rationi, ut talem conceptum sibi  
fingat & de illo conceptu varia  
entia excogitet; qualia *rationis en-*  
*tia consequenter audiunt, prout sunt*  
termini Grammatici, Rhetorici,  
Logique, et si præterea hæc &  
furfuris hujus alia in conceptu  
formali essentiam constituant re-  
alem & adprime positivam. Hu-  
jus inquam indolis sonum non es-  
se facile erit probatu, idque ex de-  
finitione talium entium, quæ in &  
per se nihil habere præter esse ob-  
jectivum, cum fundamento ta-  
men in re, describuntur. Sonum

vero, *præter esse cognitum, acci-*  
*dens entitativum absolutum, qua-*  
*litatem nimirum, potentiamque*  
*naturalem & patibilem qualita-*  
*tem constituere in confessu est:*  
 Imo *positivum quid est non tantum*  
*quoad conceptum objectivum sed*  
*& statum fundamentalem;* Unde  
 sic inferre licet: *Cuiunque non com-*  
*petit definitio Entis rationis ratiocina-*  
*ta, ei nec definitum, Sono non competit*  
*definitio entis talis, E. (3) Nec deniq;*  
*quis jure Sono existentiam modalem*  
*vindicare audet, cum hæc non sit.*  
 1: *Ens proprie stricteque sic dictum:*  
 Omne etenim ens modis affi-  
 citur variis, qui si entitatem posue-  
 rint, modos entitativos suos habe-  
 rent: atque sic processus foret in  
 infinitum, à quo abhorret natura.  
 2: Non sit *accidens rigorose loquendo,*  
 quia non quantitas nec qualitas,  
 non actus nec passio &c. est, nec  
 per modum accidentis substantiam  
 afficit: Imo nec efficit compo-  
 sitionem realem; alias etenim ens  
 meta-

metaphysicum omnis compositionis realis expers, foret compositum, cum modis entis gaudeat per plurimis. Sic etiam ipsa personalitas triplex in Deo, Pernitas pariter ac Filialitas, reale quid Deo absolute indivisibili & simplici, extra omnem theologicam & philosophicam veritatem inferret.

Ast sonus versa vicē, & realem compositionem cum suo subiecto, & accidens vere entitativum absolutumq; constituit. His proinde positis, sua haud dubie sequitur spontē, quo de solliciti sumus, ponere sc: in rerum natura sonum, existentiam i. *Veram*, puta, veritate physica ; quae est congruentia rei cum intellectu divino; Nam ex institutione ipsius creatoris jaminde à rerum primordiis, corpori naturali, per modum potentiae naturalis, quoad actum ejus primum inhæret, patibilis

8 patibilis qualitas vero , rationē  
actus secundi : 2. *Realem*, reali-  
tate stricte non late accepta ,  
prout denotat , *non quid*, à ratio-  
*nis dictamine in essendo dependens*,  
*sed in se & per se vere physicum*  
*accidens.*

## THEOREMA II.

ONOMATOLOGIĀN *Soni evolvēnt*  
*breviter.*

**E** superioribus siquidem liquidò  
constat objecti scibilis & ne-  
cessarii naturā non esse, ex non-en-  
tium genere, nomine ea quocun-  
que tandem veniant ; nam quo-  
rum nullæ affectiones , nullæ o-  
perationes, eorum per consequens  
nullæ dantur scientiæ: Materiā vero  
hanc, quam circa nos in præsen-  
tiarum occupamur, sapere reali-  
tatem essentiæ, positivamque ex-  
istentiam obtinere, jam patet: itaq;  
non de re nauci nihilive acturi, iam  
securius tutiusq; de re ipsa seu  
quæ-

quæstione πάντα erimus solliciti, 9  
quod ad præscriptum sobriè φιλο-  
σοφῶν instrumento logico  
ad inquirendam veritatem aptissimo, *definitione* scilicet quam  
commodissime peragetur. Est  
autem definitio duplex, *Nominis*  
& *Rei*: Illa tribus absolvitur mo-  
mentis. 1. *Ethymi* evolutione. 2. *Ho-*  
*monymias* examine. 3. ισοδυραμεῖτων  
recensione. De Ethymo ut multis  
simus anxii non est, cum ejus ratio-  
num cum primis habenda, qvum  
impositio nominis non sit facile  
cuivis obvia, aut propter recens.  
inventum terminum à vulgari ser-  
mone alienum, aut propter lo-  
quendi usum philosophicum, aut  
propter vocis deniq; à peregrina  
quapiam linguâ scaturiginem;  
quarum heic nullam recipere licet  
causa. Dari etenim voces in lingua  
latina domi natas suiq; ipsius radi-  
ces, quæ nec ab alia lingua vetu-  
stiore, quoad usum magis solennē,  
utpote Hebræa & Græca; neq;

108 ex suis fontibus aliunde dicit originem; cuius naturæ & indolis primitivam hanc voculam *Sonum* esse arbitramur. Nullam etenim, ratione literarum, alunt affinitatem voces idem in Hebræâ vel Græcâ lingva significantes, utti infra in momento theseos hujus tertio patebit; quod tamen omnino reperire solenne est in derivationibus vocum, tam ex lingua aliena, quam ex fontibus suis deductarum; utpote Deus à Θεος vel Θεάματι, Sabbathum à SCHABBATH Peccatum à Pecus & sic de cæteris: Atvix potest quis eandem affinitatem (ratione significationis & literarū simul) plenam, demonstrare de Sonò, nisi aliquo modo dixerit illam abHebræorum SCHAON deductam esse; Cum hoc quidem vocabulo affinitatem quandam habere videtur Sonus, præsertim cum notum sit, vocabula sæpen numero levi quandam vocalium vel etiam consono-

ix

nantium transmutatione trans-  
formari solere. Simile quid re-  
peritur in scriptis Poëtarum, di-  
centium nimirum *Bacchum* à Noa-  
cho nomen fortitum fuisse, literis  
trāsmutatis nonnullis; dicereturq;  
tanquam *Nacchus* vel *Bacchus*: Il-  
lud probant, vel ex convenientiâ  
quadam literarum, vel exin-  
de quod primus extiterit *Noachius*  
vinearum plantator: Hoc idem  
de sono ferè subsumi potest, sed  
quid opus est lingvam latinam  
suā hic privare auctoritate aliisque  
hanc attribuere, cum in se perfe-  
cta atq; sufficiens sit qvodañno-  
do, ut hæc lingvarum ferme ubi-  
errima salutari queat. Nihil  
etenim huc faciunt *Sudor*,  
à græcorum ῥέω, Σάυνος *Succus*,  
Radices neque hæbræorum נְשָׁוּ  
iterabit, נְשָׁוּ odit. נְשָׁוּ *Rubus*:  
Nec huc facit Græcorum Σύσσω  
*Vade*, aur: i. imp. act. à verbo Σύω  
*Vado*, nec Σειω *concupio*, *quatio*, *mo-  
nito*, *agito*; ut probatione non ege-  
at pro-

12 at prolixia, modo constent requi-  
sita veræ denominationis. Nec

- \* Vid: opinamur Sonum à sonare, quod  
Thes. est à tertiæ flexionis sonere, sed sa-  
Llingv. tius hoc à Sono descēdere, ad mo-  
lat. Fab. nitum Lexicographorum; \*Vete-  
Buchn: ribus sonor pro Sono erat; Sic Lu-  
Fonte cretius: \* Pleneque sonoribus aures.  
Lat. Cor Virgilius, \* Magno veluti cum flam-  
vin: &c. \* Lucifer. ma sonore: item Tacitus, \* Usque ne-  
Lib. 6. rent Sonores barbarorū & inanes minas:  
v. 183. Nec tandem ex usu loquendi phi-  
\* Virg: losophico vel philologico tanta  
Æneid. laborat vox præfens ambiguitate,  
Liber: 7. ut ullam injicere moram rem i-  
v. 462. psam consideranti possit, ratione  
\* Tacit. præsertim Ethymologias: Non  
L. I. An. enim est à Philosophis recens in-  
nal. c. 65 ventus terminus, nec ab iisdem  
& L. 14. novo & vulgari usu discrepante  
c. 36. significatione vestita; Sed idem  
in Philosophia ac in vulgatissimo  
apud Philologos usu valet Sonus.  
Concludimus itaque vocem hanc  
à peregrina aliqua lingua origi-  
nem suam non trahere, sed lati-  
nis do-

nis domi natam ac educatam,  
& adhuc dum audire domesticam.

13

Homonymiam seu variam vo-  
cis ambiguitatem altius si per-  
penderimus aliquantò, tum oppi-  
dò constat illam nullâ laborare  
difficultate, varie quamvis acci-  
piatur. Occurrit primo omnium,  
inter *Vocem* & *Sermonem* differen-  
tia adprime notabilis ; quare  
haud parum discrepare *Sonum*, *Ser-  
monem* atque *vocem* neminem la-  
tet: Ille corporibus præcipue con-  
venit inanimatis ut Tympani,  
Panduræ, Lyræ, Clavicordii &c.  
sonus; Vox vero solis animalibus;  
cum non nisi organorum ope,  
quæ animalibus sunt propria, ge-  
neretur, ac pro eo infinitis à rerum  
inanimatarum sono discrepat  
parasangis, quâ de rē infra ubi-  
lius simus acturi; Sermo vero so-  
lis hominibus ex aſſe competit,  
quia ille non nisi à ratione depen-  
det, quo tandem aliis animalibus,  
maxime præpollet homo, ac sen-  
ſa ani-

sa animi sui aliis communicat, quæ conceptuum communicatio non nisi sermone fit: Ac pro eo Sonus latè, non tantū de animalibus brutis, sed ratione etiam quam maximè præditis dici potest, qvi illis *vox*, in homine vero *Sermo* nuncupatur, ac in rebus inanimatis tandem, Soni nomine strictè venit. Qvod vocabulum πολύσημον de cæteris etiam omnibus prædicari potest. Hinc sonus in *Naturalē & Artificialē* dispescitur subjectorum accuratā habita ratione; Ille in animalibus naturæ iugō subjectis percipitur unicè; Hic vero in artificialibus, instrumentis videlicet Musicis vel tormentis etiam bellicis sonat resonatque. Deinde discrimen haud immerito facimus inter sonum illum *articulatum & inarticulatum*; ille animalibus rationē præditis solum est communis. Historiæ quamvis apertè testentur inter aves, locis præsertim Americanis, reper-

repertam fuisse quandam no- 15

mine Haut vel Pigritia , quæ ar-  
ticulata vocē canere solita fuit.

Tenendum tamen potius , illud  
ex habituali quadam dispositione  
vel etiam crebra exercitatione Hor-  
evenire, quam avi huic pronun- Lib. 4.  
ciationem aliquam attribuere ar- cap. 2.  
ticulatam. Idem pariter notan-

dum venit in *Psittacis, merulis, stur-  
nis, picis, monedula*, quæ aves hu-  
mano more integras fermè sen-  
tentias ritè & vario pronunciasse  
auditæ sunt idiomate: Esto de illis  
par etiam ratio. Nā inter bruta nul-  
lum naturā loquelæ capax est, cum  
præsertim lingua illorum laryngi  
minus corresponeat, ullā nec ha-  
beant ad vocales cū consonantibus  
combinandas & pronunciandas  
potentiam, nedum habitudinem;  
voce vero naturali saltem gau- Côtépl.  
dent: & quidem *barriunt*, expe- Mund.  
rientiâ rerum testante Magistra, Profess.  
inter quadrupedes *Elephantes, ru-* Achrel.  
*giunt Leones, strident Cameli, mugi-*  
*unt*

16     *unt Tauri, rudunt Asini, binnunt  
Equi, murmurant Ursi, latrant Canes  
balant Oves, gannunt Vulpes, &c.*  
Alium præterea atque alium quavis in specie cujusque individui ex-  
perimur sonum, prout bene, ut-  
pote ad lætitiam, vel male si ad  
tristiam vel iram affectus fuerit  
dispositus brutorum. Sæpe enim  
intelligimus ad blandientem ca-  
nem, sentimus etiam irascentem,  
ex vocē nimirum qua affectus  
suos ut plurimum explicare solet:  
Aliam etiam præstat vocem dum  
incognitos adlaterat, aliam dum  
amoris in coitum incitatur æstro,  
aliam denique atque aliam dum  
ululatu luget. Similiter & nos  
intelligere videntur bruta huma-  
nâ loquentes voce; nobis enim  
illis cum ludentibus, fistunt ac  
ad blandiuntur quasi arguentibus  
vero, vel ad iram incitantur, vel  
pudore tamquam confusi abeunt  
protinus: Quas demū operationes  
omnes, quasi ex umbratili quodā  
intel-

intellectu procedere concedimus:  
Sonum tamen articulatum . illis  
nil minus quam adsignamus, ne  
dum fas est; cum hunc, rerum O-  
ptimus Conditor , ex merita sua  
gratia ac beneplacito, ad vitæ hu-  
manæ conservandam societatem,  
homini , qui ad imaginem ipsius  
factus atque creatus fuerit, reser-  
varet. Qvod vero de Afina Bile-  
ami in sacris legitur, menti nostræ  
non repugnat, cum noverimus fa-  
cile illam potentiam quadam extra-  
ordinariam & obedientiali locutam  
fuisse.      §. II.

Ipsa etiam Volatilia vocem e-  
dere satis superque liquet; nos e-  
nī cantu savissimo delectant sæ-  
pius: imo, ne minimum quidem in  
illis datur animalculum, quod suo  
sono, opera manuum factoris sui  
decantare & extollere haud ni-  
tetur: Id evincunt præter musicam  
quā pangunt, in illis præstantiores,  
Luscinia & Carduelis jucundissimā,  
*Aquile clangor, pipitus Accipitris, glot-*

Atha-  
nasii  
Kir-  
cheri  
Magn:  
Musik-  
cus.

terario Ciconia, Corvirocitatio, dren-  
satio Cygni, gingritio Anseris, pipilla-  
rio Pavonis, gemitus Columbae, ulula-  
tus Noctuae & tot cantu delectabi-  
li mundum oblectantium Zincil-  
lationes & trillismi: Qvod vero  
more non uno, cuncta hæc ani-  
malia edunt voces, contingit præ-  
fertim propter asperæ arteriæ &  
laryngis variam constitutionem,  
quæ tanto facilius Glottidem strin-  
git, laxat, diducit atq; flectit, quâto  
fibrosior & musculosa fuerit ma-  
gis, partim etiam, propter longi-  
tudinem, brevitatem & gracilita-  
tem lingvæ, quæ plectro tanquam,  
voces modulatur, qua de re in-  
fra uberins: partim deinde pro-  
pter dispositionem rostri, quod  
voces aptat atq; explodit: Huc e-  
tiam aëris tracti qualitas, & ex-  
spirandit tandem accedit modus.

### §. III.

Cotépl:  
Mund.  
Profess.  
Achael,

Inter insecta vero sibilant Serpen-  
tes, coaxant Rane, susurrant Culices,  
burriunt Scarabæi, & Muscæ; Cie-  
darum

darum etiam, locustarum & gryl-  
lorum agmina, per campos & ne-  
mora, varios edūt sonorum trilli-  
smos: Ac *Epiglottide* quamvis hæc  
careant animalia, *thoracem* tamen  
habent, *tympanum* & *abdomen*  
*sproportionaliter excavatum*, antra  
*cum bracteis, cameras pariter conclu-*  
*um elidentes aërem, cum aperturas,*  
quæ aerem quatiunt & stridores  
eorum formant. Hoc in negotio  
Excellentissimi consuli possunt Anato-  
mici; nostri cum non sit fori hæc-  
ce omnia ad assēm pervolvere.

19

#### §. IV.

De orbibus quod adferri hoc  
loco solet cœlestibus & illorum  
concentu harmonico, brevitati  
studentes, sicco præterire lubet  
pede; de illis siquidem nullo mo-  
do demonstrari potest, quod sci-  
licet sonum edendi capacitatem  
aliquam habeant; *Nam ubi non da-*  
*tur percussio nec aëris fractio, ibi non*  
*sonus gignitur; At in Cœlo nec percus-*  
*sio nec aer violentiâ motus, reperitur:*

F. Pic-  
colom:  
de Cœ-  
lo Lib:  
cap: 37.

20 *E: nec sonus.* Sed dicat quis in  
Cælo sonum vitalem sine percus-  
sione dari; Verum hoc dicere i-  
dem est ac asserere ibi non repe-  
riri sonum. Nam percussio ra-  
tionem habet Soni; quare si ab-  
fuerit percussio, abest & revera  
sonus. Circa terræ motus, qvam  
horride ac mire satis, sonum ede-  
re solet terræ cavernis inclusus  
aer, jam dudum è Scriptis Excel-  
lentiss: Physicorum longè cla-  
ruit: Supercedemus itaque hac  
de re pluribus verba facere. De  
undis similiter in mari vastissi-  
mo fluctuantibus, ut & aere, petris,  
speluncis arboribusque circum-  
septo, idem tradunt doctorum  
scripta; nimirum exhinc Sonum  
etiam generari quam validissi-  
mum: qvare etiam de ventis ita  
quondam cecinit Poeta Virgilius.

Lib. i. ---- - *bic vasto rex Æolus antro*  
*Aeneid.* *Luctantes ventos tempestatesq; sonores*  
ver. 57. *Imperio premit* - - - - -  
Dicuntur etiam à Poetis *Rupes un-*  
*disonae*

*disonē*, quando scilicet, violenta 21  
qvadām mixtū agitatiōne aer ve- Virg.  
luti ex consono - dissonis, gravi- lib. 4.  
bus & accutis, blandisonos exci- Eneid:  
tat sonorum concentus. *Cataduplē* Statius  
etiam aquarum in montium Ca- Lib. 1.  
nalibus, & per foraminum ibidem Achill.  
excavatorum patentia elabentes v. 198.  
colla, varios ac delectabiles for-  
mant sonorum modulos. Sonus  
pæterea est *Prodigiosus*, quales foni  
in Sacris commemorati miracu-  
loſi: In nativitate Christi Musica  
angelorum: Tubarum clangor in  
monte Sinai, legem à Deo cum  
acciperet Moiſes: Hujus etiam  
farinæ tubarum erat sonus, quo  
muri sunt dejecti *Hierecuntini* qui Josuæ  
nulla quidem adſpirante virtute cap. 6.  
naturali, sed præternaturali con- v. 20.  
ciderunt. Mirus quoq; & for-  
midabilis fuit Sonitus ille è spelun-  
ca excidens SMELLEN.

§. V.

Excipit jam ordine ipſa vocis Sy-  
*nōnomia* enucleanda, circa quam  
diu

Oſi  
Magn;  
histo-  
ria.

22 diu ut commoremur ē re esse non  
ducimus, prælertum cum hanc ac-  
curate satis, ipsæ sonorum descri-  
bant atq; exponant differentiæ, ut  
& earundem præcipuæ notatio-  
nes, quæ superius leviter tactæ sunt  
partim, partim etiam tradēdæ re-  
stant. Novimus quod peculia-  
rem edat Sonum Infans, suumq;  
vir adultus; alium, *Tuba* à *Tympanis*  
distinctum, alium *Pandura*, singu-  
larem *Symbalum*, alium atque ali-  
um *Testudo* dulcisonans. Alium  
porro referunt sonum *animalia*, a-  
lium *res inanimatae*; specialem præ-  
bet sonum murmurans atque un-  
diquaq; spirans *ventus*, præcipu-  
um stridentia quoque flumina:  
suum in aere pyramidali vibrans  
forma *ignis*, suumque graffantia

*Tectu-* fulgura; *Pristina tonitrua* quid so-  
lian ad naverint, sciant qui obduruerunt. Qui  
*Scap:* quotquot unquam enumerari pos-  
*cap.a.* sunt, non nisi soni tamen, genera-  
liter veniunt nomine. Veteribus  
*sonor* dictus est: hinc *sonorine ima-*  
*gines*

gines, sonorum alias dictæ imagi-  
 nes, quas in ægrotis ut plurimum  
 sibi format, nunquam otiosa illa  
 phantasia; Per morbum enim  
 sæpiissime videimur tinnitus & So-  
 nos audire Musicos: Vocatur Græ- Scalig.  
 cis οὐρανίεμος. Sonus alias e- ad Cæ-  
 tiam dicitur, clangor, tremor, stri- tulum.  
 dor, Susurrus, tinnitus, strepitus, fre-  
 mitus, mugitus, murmur, & quæ  
 plura vocis hujus esse pos-  
 sunt Synonyma. Hebræa vero  
 sunt SCHAON, sonitus. KOL, vox,  
 somus, strepitus. HAMON, vel HÆMON,  
 tremitus, strepitosus! tumultus. Græcis  
 usitatissima sunt ἥχος, Δῦπος, Φθογ-  
 γη, Φθόγγος &c, quorum tamen  
 latinitati nullum accedit proprius,  
 quam Hebræorum illud SCHAON.  
 Et quamvis adhuc plura, tam ex hebreæ  
 quam græca linguis, recenseri ac depro-  
 mi possint vocis hujus Synonyma, hisce  
 tamē quæ adducta sunt paucissimis sub-  
 sistimus, benevolum Dr: Lect: ad doctoris  
 relegantes Lexica unde uberiorē mate-  
 rīa substratē haurire potest, cognitionem.

*Ipsam οὐρανολογίαν tractans atq;  
ostendens.*

**D**E οὐρανολογίᾳ hæc dicta sun-  
to breviter; Et ne in hisce mi-  
nutiis admodum videamur  
tædiosi, pedem ullis absq; amba-  
gibus, ad πραγματολογίας seu rei i-  
psius promovemus tractationem:  
Consequens itaq; erit ut statim de  
Soni haud nihil agamus *definitione*:  
Ac cum per plurimi & varii ejus-  
dem dantur definitiones, ita ut eo-  
rum qui præclare aliquid super  
hoc negotium tradidere, quisq;  
in suam ferme abivit sententiam:  
nos, tamen ad evitandas obscurita-  
tes exinde resultantes, tales soni  
retinemus definitionem: Sit i-  
taq; *Sonus qualitas audibilis, ab aeris  
vel aquæ interceptæ elisione orta, per  
corporum inter se collisionem.* In da-  
ta hac definitione; Genus quod  
concernit, inadæquate forsan non  
fecimus illud *qualitatem* & qvidem  
*patibilem*: Ita namque nuncupari  
solet,

folet, ad omnem excludendam  
 substantiam, quae in sensu per se in-  
 currere nequit, illisq; nulla ratione  
 convenire potest. Porro obser-  
 vandum contra illos, qui statuunt  
 sonum non nisi *motum collisorum*  
*corporum esse*, nulla medii habita-  
 ratione; quae definitio firmo haud  
 stat tali. Nam ( $\alpha$ ) *Motus sensile*  
*audit commune*; quia hic sensibus  
 omnibus ab aequo est communis:  
 hoc species omnes sensibiles ad  
 sua deferuntur organa, quorum  
 deinde beneficio illae ritè percipi-  
 untur; sonus vero proprium ad  
 solam audiendi faciens vim. ( $\beta$ )  
*Sonus per media sua diffunditur, ac rem*  
*ut pote & aquam*, ad quae motus seu  
 corporum collisio nunquam ex-  
 tenditur. Nam beneficio mallei,  
 in campanam cum moveatur, ad  
 latus campanæ verberatæ, in suo  
 tamen centro generatur Sonus,  
 non vero in aure: hoc si proce-  
 deret multas equidem excipere  
 necessum haberemus alapas ( $\gamma$ )

*Sonus*

26 Sonus est ipsius motus effectum; nam ad campanam si moveretur malleus, & quidem cum violentia, vix aliquis emanaret Sonus: Nam can-  
sa quæ est motus, quomodo genus ef-  
fecti sui esse queat. ( ) Sonus præ-  
terea est qualitas, motus vero non  
item, & debent definitio & defini-  
tum semper esse in eodem prædi-  
camento, quod ab illis hic male  
attenditur. ( ) Tandem & hoc ve-  
nit quod sonus nunc *gravis* nunc  
*acutus* est, Motus vero vel violen-  
tus vel naturalis seu proprius.  
Ex hisce itaque liquet posse so-  
num adæquate, non per motum  
aliquem, sed patibilem qualitatem  
definiri. Qyamvis non diffiten-  
dum ad soni generationem etiam  
conferre motū, cum ipsa vel solido-  
rum vel liquidorum collisione, in-  
termediorum positione, diffusio-  
ne, & tandem propagatione. Mo-  
tus vero ille summa & incredibi-  
li admodum perficitur velocita-  
te. In Mechanicis, potentiam mo-  
tus

§. II.

Hinc ad ipsas Soni Causas transi-  
tum facimus, & quidem præ-  
primis ad efficientem, quæ in So-  
ni generatione duplex attenditur  
& est vel *mediata* seu *remotior*,  
inter quam & effectum una tan-  
tum intercedit causa: vel *Imme-  
diata*, seu *proxima*, inter quam  
& effectum plures aliæ interce-  
dunt causæ. Causa itaque me-  
diata nil aliud est, quam vehemens  
duorum corporum solidorum  
collisio, è quibus ratione qualita-  
tis varia resultat affectio; ratio-  
ne quantitatis nunc *Continua* nunc  
*Discontinua* audit: Illa ex vehe-  
mentiori aquæ vel aeris, cuius-  
dam continui parte generatur;  
ut pote in commotionibus aeris  
vel aquæ contingit impetuosis: Ex-  
emplo nobis præsto fit Turbo &  
procella, turres altissimos ut &  
naves in vastissimis marium am-  
bitibus

bitibus, collidentes, prosternentes, deturbantes : Discontinua vero est, quæ circa collisionem sonum facilius efficiunt; sic malleus malleo vel incidi, gladius gladio allis: Respectu vero qualitatis, alia *dura* vel *mollia*, *aspera* alia & *lævia*, alia demum *porosa* vel *solida*; quorum, *dura*, *lævia* & *solida*, ad efficiendum sonum aptari magis possunt magisque, testante abunde hoc idem, ipsa experientia; Nam: i. argentum, ferrum politum, & cujuscunque demum generis fuerint metalla, dura modo *lævia* & *solida*, clarus ac altius semper sonant percussa, quam *mollia* illa ac *porosa*; Sic lana & pluma si invicem colliderentur, digitorum ne strepitum excederet sonus. Idem in corporibus etiam asperis contingit, metallis non nullis crudis & minus politis, arborum quoque corticibus: quæ corpora, sonum quam difficilime edunt perceptibilem, quia in illis,

illis, omnis impeditur circa colli- 29  
sionem vis & efficacia, ob corpo-  
rum nimiam implanitiem: Poro-  
sa vero, ut spongia, glacies, caro,  
omnes aeris paticulas libere trans-  
mittunt. 2. Huc accedit corporum  
collisio, non omnimoda, sed  
vehementior; quæ vero non de-  
centi colliduntur vehementia, so-  
num non edunt, alias quamvis  
fuerint per se sonora satis: Mal-  
leum enim si campanæ admove-  
res lente, ac illam integræ ali-  
cujus horæ spatio premeres quā  
durissime, sonum ne minimum  
quidem eliceres unquam; Requi-  
ritur itaque ut adsit motus qui-  
dam, & quidem violentior ac veloci-  
or; qvæ tandem velocitas, ex  
particularum in prima collisione,  
majori vel minori oritur copia,  
quæ denique vis corpora quæq;  
vicina impellit, unde ex una, in-  
finitæ prodeunt percussionses &  
reflexiones celerrimæ, dum enim  
una collisio ac vibratio, innume-  
rables

30 rables procreat alias, quæ simul junctæ sonum efficiunt eo majorē, quo prima collisio fuerit fortior & eam circumjecta corpora, repetitis reflexionibus auxerunt magis: Velocitatem tamen unam eandemque post primam collisionem servat Sonus & pro ratione interjecti spatii ejusdem retardatur propagatio; In confessō tamen erit, non tam corporum collisionem, quam particularum resultum & quasi in integrum restitutionem veram soni esse causam, non collisionem primam, sed particulas in illa commotas.

### §. III.

Scalig.  
Exerc.  
297.  
Sect. 4.

Sequitur jam *causa immediata*, quæ est aeris, vel aquæ etiam, inter collisa corpora, interceptæ, elisio & fractio. De aqua, num illius collisione sonus excitetur? non quidem dubitamus, dantur quamvis ii, qui ejus fractione sonum generari pertinaciter negant; Aliud tamen

tamente testantur urinatores: pisces  
etiam super hoc negotium suum  
præbent testimonium; è longin-  
quo enim tintinabuli beneficiō re-  
vocari dicuntur, explosiones e-  
tiam fugiunt bombardarum, lon-  
go quamvis abfuerint intervallō,  
quod certe non procederet, si non  
audirent etiam in aqua pisces. Aer  
collisus & fractus qui etiam est  
causa sine qua non, soni, alio ali-  
quo non potest definiri commo-  
dius modo, quam quod corpus  
à duobus antea collisis, elatum  
fractumque dicatur: Illud dein-  
de vel est ab utroque, colliso pu-  
ta *distinctum* vel *non distinctum*.  
*Distinctum*, dicitur, aer inter pi-  
stillum & campanam, in eudem  
& malleum, interceptus. Non  
*distinctum* est vel ab *alterutro*, vel  
ab *utroque*: Ab alterutro minime  
est *distinctum*, quando aer à du-  
ro aliquo solitario scilicet corpo-  
re percuditur: ut quando aer  
gladio vel etiam flagello pulsatus  
fue-

32 fuerit , tum rationem corporis  
collisi habet aer, sed pars illius  
saltem remotiorâ percussione sci-  
licet flagelli; elisi vero , pars an-  
terior & flagello proximior, in-  
ter flagellum & particulas inter-  
cepta remotior; quæ aeris par-  
ticulæ frangi necessum habent in  
ipsa elisione, propterea quod pro-  
ximior aer minorem adhuc quam  
posterior, resistendi habet vim :  
Vocatur hic Sonus vibrationis, ac  
in voce animalium, tibiis, ventis  
& tonitribus maxime est conspi-  
cuus. Qvomodo vero sonus dis-  
pescitur atque propagatur infra  
uberius simus tradituri: Fit enim  
hoc non ex prima aeris fractio-  
ne solum , sed & ulteriori , ex  
prima illa orta. Ab utroque  
*non distinctum* est, quando nul-  
lum solidum aliquod datur ,  
collisionem sustinens, corpus, sed  
ab aere tanquam causa instru-  
mentalii ut & principali profici-  
scitur sonus: in hoc negotio con-  
spicua

spicuæ sunt omnes siccæ exhalationes, ut venti, qui cùm impen-  
tu quodam excitati sonum pro-  
creant: In hisce prior & posterior  
partes, exhalationum videhicer,  
rationem habet collisorum, media  
vero, quod probe notandum, eli-  
fi. Ut evidentior adhuc eva-  
dat res in evolutione hujus pa-  
ragraphi tradenda, unam vel al-  
teram apponere licet, breviter  
enucleandam quaestione, scitu  
adprimum necessariam. Et quidem  
ut ordine progrediamur primam  
locum meretur illa de medio, per  
quod generatur sonus. Quæsti-  
tur itaque *Num ad Soni generationem  
necessaria sit aquæ vel aeris inter-  
medii elisio?* Dantur bene multi qui  
sentient solam collisionem corpo-  
ris ad efficiendum sonum suffi-  
cere: Verum hæc illorum sen-  
tentia minus censetur orthodoxa,  
eam potissimum ob causam; quia  
corpora rariora aeris interce-  
pti, frangendi vim nullam habent

C vel ex-

34 vel exiguam, vehementissime  
quamvis collidantur sonum ni-  
hilominus exiguum, & perceptu  
difficilem exitant: Ut Lanam la-  
næ, plumæ plumam, vel linum e-  
tiam lino si collidas, nullum pari-  
ter experiri licebit sonum. Li-  
quet itaque exhinc, non solum ad  
sonum requiri *duo corpora collisa*,  
sed & *tertium interpositum, aerem sc:*  
sonum alias facilimo negocio e-  
derent ejusmodi rariora corpora.  
Secundo quæri solet: *An collisio-*

*nem corporis sequatur immediate*  
*sonus, an rationem aliquam fractio-*  
*nis aeris interepti etiam habeat?*

Proxime præcedente probe intel-  
lecta quæstione, in proclivi etiam  
erit, hoc loco quid nobis statuen-  
dum venit. Conferre etiam ad so-  
num edendum, collisionem qvi-  
dem corporum, oppido constat,  
aeris tamen fractione haudqua-  
quam exclusa, quæ causa soni  
est præstantissima; quare non col-  
lisionem corporum sed aeris fra-  
ctionem

Etionem immediate sequitur Sonus. (α) propterea ad edendum sonum adhuc aptiora sunt, molibus & porosis, dura, levia, ac solidas. Rationem adhibemus: quia corpora duriora ac solidiora, frangunt eliduntque aerem magis, quam molles illa aspera & porosa; haec namq; pulsa minus resistunt ac recedunt facilius, ita ut aerem interceptum vehementia prorsus nulla elidant: praeterea partes a se invicem divisa, interjectu aeris, aut nullo aut exiguo plane donatur elaterio; propterea quod omnis illa distantia inter corpora collisa, absque ullo impedimento, aere repletur, qui per meandros corporum se insinuat. E contra vero aspera & porosa, in cavitatibus ventris sui interceptum illum excipiunt omnem, quo elisionem plane prohibent. (β) Cur vero ad edendum sonum maxime requiratur collisio eaque vehementior, hac nititur probatio-

26 ne: Qvia nimis tarda & ve-  
hemens minus collisio, minorem  
qvoque aeris conciliat fractio-  
nem; quæ quo minus fuerit vio-  
lenta, eo minorem excitat Sonum.  
Idcirco absque culpa Cardani non  
nominanda est sentenita , qua o-  
mnem promiscue motum Sonum  
excitare fassus est: Nos vero sen-  
timus, Soni propagationem non  
per ejusmodi fieri undulationes,  
quæ retardantur, ibi enim pres-  
sus aer resilit, propter carentiam  
agitationis subitanæ , & vim i-  
psam corporis moti eludit, retro-  
aut ad latera corporis impellen-  
tis recedendo aer. Ubi vero ve-  
hemens & subita fuerit impulsio,  
ibi aer ille , anteriorem magna-  
D:Per. result procellit vi, cum tamen alias vi  
in Ve- truvio. sua elastica destituatur.

#### §. IV.

Causis internis ita simpliciter  
excussis, Finis evolutio ordine eas  
insequitur, circa quam ut moras  
nectamus, haud instituti nostri  
fert

fert ratiō, paucissim istamen ner- 37  
vum hoc modo tangere licet,  
Enem sc: vel *Generaliter*, vel etiam  
*Specialiter*, considerando. Illegio-  
ria est Altissimi , conditoris ma-  
ximi; *In cuius laudem omnia nostra Collocti-*  
*dicta & facta referenda: Hoc etiam v. 17.*  
svadet Psalmista, dum in hæc pro-  
rūpuit verba. Deum cantabo in <sup>10. v. 300</sup>  
Cvrbalis &c. *Specialis* vel est de-  
lectatio in concentu , vel conce-  
pruum mentis, humana voce, si-  
gnificatio; In priori elucet com-  
mendatio Musicæ , & instrumen-  
torum musicalium iucunditas ,  
cum *Naturalium*, præsertim, qvæ in  
homine ut & brutis, cœli aviculis  
supra modum nos sæpen numero  
delectatibus est conspicua; tum *ar-  
tificialium* quæ tantis pariter nobis  
succurrent remedii, ut nos re-  
ficere & ad vires pristinas recu-  
perare videantur, præsertim me-  
lancholico cum laboremus morbo.  
Posterior usus intervit quotidiano  
fatis cognitio: Imo ne horæ in-

38 tervallo , maximo certe nostro  
absque damno hoc carere possumus.

§. V.

Causis ita expositis , jam ut  
de *Subjecto* Soni brevibus agamus  
consequens est: *Hoc aqua vel etiam*  
*aer inter collisa corpora interceptus, fra-*  
*ctus atque elisus sustinet munus.*  
Ulteriori theseos explicationi ante  
quam nos committimus, de  
medio simus oportet solliciti, cu-  
jus gratia multum se cruciare  
Peripatetici disquirendo ; *Corpus*  
*extremū sitne proprium subjectum Soni,*  
*en elisum & fractum?* Hanc quæ-  
stionem prius affirmando, defen-  
dere ausi sunt ita, ( α ) *Qualitates*  
*religiae sensiles color utpote, odor & sapor,*  
*objecto suo inhærent non vero medio; Er-*  
*go pariter & Sonus non medio, sed obje-*  
*cto inhæreat necessum est:* Rationem  
adjungunt quia sapida ut nomen  
fortiuntur à sapore inhærente, co-  
lor à colore, ita & sonora à sono-  
re inhærente ( β ) *Nihil potest ef-*  
*se me-*

se medium & subjectum qualitatis simul scilicet realis; 2. Sonus, realis qualitatis ad instar, non potest esse in aere, tanquam subjecto & medio simul. Sed hasce parvipendentes rationes, posterius nos veritatis amplectimur pallio, suffulti ejusmodi præsertim rationibus. (α) Ubi cunque proxima Soni causa est, ibi & Sonus; Ast in aere intercepto & fracto, illam reperiri, nemo inficiat: Ergo in aere tanquam suo medio Sonus est. (β) Præterquam quod laborat secundum illorum argumentum, falacia petitionis principii, hæc etiam sequeretur absurditas: Ut pote, Si in extremis Sonus realis esset, sequeretur etiam in aerem illum fundi, tanquam intentionalem aliquam speciem ab eo productam: At hoc minus verum: Ergo & illud. Assumptio exinde liquet: Nam in aere sonus realis est, quod apparet quando ventus contra collisa corpora cum vehementia quadam spirat, tum egerrimè ad aures nostras defer-

10 tur sonus, quod certè nunquam e-  
veniret, si species soni intentio-  
nales saltem, in aëre hæcerent, ut  
ex colorum speciebus in aere re-  
ceptis clarescit. (7) Si in extremis  
Sonus esset, tum vel in Uno vel in U-  
niuerso esset: At in uno non est, siqui-  
dem ratio nulla dari potest, cur in hoc  
potius quam in illo sit, extrema prä-  
fertim si unius ejusdemq; fuerint natu-  
ræ: ut cum collidantur duo asperes  
malleus cum malleo &c. Nec in  
utriusq; quia unum numero accidens  
non potest esse simul in duobus numero  
subjectis. Ad rationes vero con-  
trarie allatas ita Respondemus:  
(a) Consequentiam negando; nam alia  
Soni, alia reliquarum sensuum  
qualitatum natura & conditio;  
his enim esse suum fixum ac sta-  
bile, cariae similiter sufficientes &  
proximæ in subjectis non defunt;  
ut in sapido est saper, in colora-  
to color; At toto cœlo ab illis dif-  
fert soni qualitas, ac de ejus qua-  
litate alia planè estratio, cum prä-  
fertim

fertim illi fixum & stabile quid  
esse nequeat: Non enim est nisi  
cum fit, & fieri postquam desit,  
esse etiam definit. Cum vero in  
corpore intermedio, aere, gigna-  
tur ac propagetur sonus, in eo  
tum primum, suo tanquam reci-  
pitur subjecto: huc etiam illud fa-  
cit quod in sonoro extremo, nec  
proximam nec sufficientem nan-  
ciscatur sonus causam: Ergo in-  
conveniens haud erit negare, il-  
lum huic tamquam subjecto ha-  
bili inesse (2) Ad secundam in-  
consequentiam reponimus, dicen-  
do, quod non eadem dicentur modo  
*extrema, sonora, ac sapida vel colorata:*  
nam haec denominantur ab ipsa  
qualitate propter inherenteriam il-  
lis propriam; illa vero propter ef-  
ficientiam saltem. Ad tertiam e-  
tiam, ita respondeatur, negando si-  
licet antecedens, hac si nul adhibita  
cautela: Nihil potest esse medium &  
subjectum secundum eandem partem;  
Quomodo vero aer secundum

•42 diversas partes potest esse & me-  
dium & subiectum soni simul, id  
superius demonstravimus: Con-  
spicuum enim est, quod in aeris  
pulsatione, particulæ corporibus,  
sonantibus proximiores, subje-  
ctum sunt, remotiores vero me-  
dium interveniens. Ultimo quæ-  
ritur: *An possit aqua esse recipiens &*  
*deferens soni subiectum?* De aère, ve-  
ritatē ex æqvo patentibus nullum  
est dubium: de aqua affirmati-  
vam etiam adstruunt Urinatores  
defenduntq;, qui in aquam im-  
mersi, ritè audire se testantur, o-  
mnes uno tamquam ore, non qui-  
dem per fistulam, vel arundi-  
nem, cuius adminiculo spirant re-  
spirantq; sed per medium inter-  
positum, aquam videlicet: huc et-  
iam de piscibus experimentum  
longè notissimum facit, quod so-  
no extra aquas vel etiam in aqua  
excitato, perterriti huc illucque  
evasisse visi sunt: Et præterquam  
quod in vivariis quibusdam ad-  
nutum

nutum ac signo, parvulo aliquo  
 tintinabulô, dato, gregatim eos  
 adventitasse legitur; notatu hoc  
 etiam venit dignum, quod scili- Ilinius  
 cet in piscinis Cæfaris, pisces no- pag. 10:  
 minibus suis vocati, præsentes se cap. 70.  
 stiterint. Ex hisce itaque facile  
 evincitur medium existere etiam  
 sonum recipiens, aquas; negan-  
 dum tamen non erit nihilominus,  
 per aerem expeditius & genera-  
 ri & propagari sonum quam per  
 aquam: nam est aer aquâ ele-  
 mentum adhuc subtilius, trāsitum  
 admittens facilius, aqua vero cras-  
 sius majorem resistendi habens  
 vim; Unde etiam per aërem su- Scalig:  
 dum & serenum clarius Sono- Exerc:  
 rum percipiuntur differentiæ, 61. Sed;  
 quam per nebulosum, pluvium a- 4.  
 liisq; meteoris sono obstantibus  
 refertum.

### §. VI.

Et hæc de ſubiecto dicta funto,  
 porrigit ſe itaq; nunc *ipſius ſoni di-  
 ſtributio*. Patet ex iis, quæ de cau-  
 ſis

sis antea allata sunt, duplarem Soni suboriri differentiam; *Unam mutua corporum solidorum efficit collisio, alteram aeris à duro corpore percussio*, quod haud incommode vibrationis sonus dici potest, ad eocq; in voce animalium, ventis, tibiis & tonitruis maximè est conspicuus. Ex *coitione* sonum etiam generari notum est, quando scilicet pannus vel charta franguntur, tum partes aeris, celerimè ad panni coeunt latera; quidam producuntur aeris extensione, ut in sibilis, alii *constrictione* ut in fistulis, nonnulli ab ipsis sonantibus oriuntur corporibus: Quorum alii sunt *naturales* alii *violentii*. Verum enim vero nec incommode Sonorum investigantur differentiae, ab *adjunctis* & *subjectis* petitæ: Ex adjunctis in *Simplicem* & *Compositum* dispescitur Sonus. Ille est qui liberum habet transitum: hic vero, qui intercipitur & repercutitur. Alias ita etiam defini-

definiri solet. Simplex est qđi refra  
per aerem fertur, nec in se, redeundo  
evidenter multiplicatur. Reflexus seu  
compositus, qui ex reflexione aeris in  
aliquo cavo opposito evidenter multi-  
plicatur & reciprocatur. Eodem res  
recedit, modo est definitio hæc  
posterior clarius nonnihil expo-  
sita: Compositus ille uno nomine  
*Echo* salutatur. Probec circa hanc so-  
ni subdivisionem in simplicem &  
compositam, observandum venit,  
quod sit illa comparatio faltem  
cum aliis, & dicatur simplex *non*  
*absolute* & *per se*, sed *respective* & se-  
cundum quid. Nam in omni so-  
no quædam aeris datur repercus-  
sio & reflexio: Alias foret quod  
nemo se ipsum unquam audiret  
loquentem, nec vox quidem à no-  
bis semel edita ad aures nostras  
reverteretur magis: quod tamen  
secus evenire experientia satis  
testatur quotidiana. Exinde enim  
*Sonus simplex* dicitur, quia in illo  
non tam evidens percipitur  
reci-

46 reciprocatio ut in *Echo*. *Re-*  
*flexus* vero, quia in illo, repercu-  
sio evidentior est & adhuc nota-  
biliar. Sed dari reflexum sonum  
nemo est qui ignorat, cum cui-  
vis ille sit obvius, vulgaris ut &  
notissimus. De Sono reflexo i-  
ta canit Poeta, indolem ejus ex-  
primens.

Ovid.  
Lib.  
Meta-  
morph  
III.

*Vocalis Nymphae, q̄b& nec reticere loquēti.*  
*Nec prior ipsa loqui didicit, resonabi-*  
*lis Echo,*

*Inde latet sylvis, nullaq; in mōte videtur.*  
Qvomodo vero, quibus item au-  
xiliis mediisve propagari, quaq;  
efficiatur celeritate, valde est ob-  
scurum; De hac re multa in Scho-  
lis quidem tradita sunt: nobis ta-  
men illorum sententia omnium  
videtur tutissima, dicentium scili-  
cet illum hunc in modum fieri,  
*quando nempe, Soni species à prima-*  
*rio centro producta fuerit, per aeris vi-*  
*brationes, ad corpus usque obsistens*  
*cadum, ibique cum violentia coarcte-*  
*sur aer, ita, ut nulla elaterii vi ad la-*  
teris

teria se diffundat, tum ejusmodi arctatio-  
nis impatiens tandem resilit ac reflectitur;  
aeris vibrationes, precedentibus similes,  
repercussione illa nova resuscitans. Hic  
autem aer reflexus & repercu-  
sus, Sonum antea emissum secum  
trahit, non vocem aliquam inte-  
gram, sed ultimas saltem ejus-  
dem syllabas: Ratio cur totam o-  
rationem non refert hæc est: qvia  
debilitatur eundo & redeundo So-  
nus, quo demum fit, quod inte-  
gras voces, orbes aeris referre  
non valeant ulterius. Extremas  
syllabas refert & non primas, qvia  
hæ ipsa iam emissione remotio-  
res factæ in auras abeunt, ante-  
quam reflectitur ad pristinum lo-  
cum aer. Qvod vero difficilius  
ē plano quam cavo alioquin cor-  
pore repercutitur Sonus, exinde  
fit: qvia in cavo coarctatur aer cum  
suis orbibus, qui hanc violentiam de-  
inde quasi indigne ferens, pilæ instar  
enure alligæ reflectitur. In plano ve-

ro, aer ad latera absque illa ar-  
etatione libere diffunditur, qua-  
re reflecti nequit. De Sono re-  
flexo disquiri solet: *Num ille idem*  
*si numero ac sonus simplex?* Sed va-  
riè hujus traditur quæsiti resolu-  
tio. Quidam instant pertinaci-  
ter numero illum discrepare, quos  
inter Thomas, reflexum, dum ab  
aere repercuſſo fortiter, vicinum  
que refragante & Sonum tandem  
excitante, produci ajunt. No-  
bis tamen alio aliquo modo ge-  
nerari Sonum reflexum videtur:  
Nam quomodo quæſo aer vo-  
cem per ſe excitare potest: Fa-  
temur quidem in aere ventos ve-  
hementer graffantes, Sonum pro-  
ducere posse, vocem vero vel syl-  
labam aliquam nunquam. De-  
inde Sonus repercuſſus, si ab a-  
ere ē cavitate aliqua repercuſſo  
oriretur, aerem ſcilicet ē diame-  
tro oppofitum frangente, tum syl-  
labæ ultimæ ex fractione illa per-  
turbarentur, adeoque indistinctè  
perci-

perciperentur: Unde sonus magis confusus ac inordinatus evaderet potius. Verbo *aer absq; instrumentis vocalibus ne literam multo minus syllabam vel vocem aliquam vocem, immediate formare sustinet*: quod tamen animalibus unice compete-re novimus.

Vid:  
Tehle-  
sum.

Obiter de sono reflexo notandum erit, quod ille non solum *simplex* sed *compositus* etiam audit & *multiplex*. Reflectitur enim non ex uno loco saltem, sed etiam ex diversis, & quidem hunc in modu: qvando loco primario, alia reflexum sonum edendi capacia circumjacent, tum sonus semel emissus refractusque, ab uno ad alterum, summa cum velocitate reverberatur locum, usque dum expirare & evanescere incipit protinus. Dantur ejusmodi loca per plurima vel *Naturalia*, qnæ ipsa aptavit armavitq; rerum natura, & sunt *ruperes*, *saxa concava*, *sylva* &c. vel *Artificialia*, qvæ humana cu-  
D riosi

50 riositate inventa & exstructa sunt.  
hujus etiam dantur farinæ perplu-  
Plin: rima. Utpote in *Cyzico* apud por-  
lib 36. tam qui *Thrasia* appellatur, tur-  
cap. 15. res conspicuæ sunt septem, voces  
numeroso qvodā repercuſſu mul-  
tiplicantes : *Tucini* aulam etiam  
Veru- totius orbis amplissimam, venu-  
lamiq. stissimamq̄ historiæ tradunt , tot  
reddens voces, quot dantur ibi-  
dem fenestrarum spiracula. In Sa-  
cello *Carentoni* prope *Lutetiam*,  
vocem ter decies repetitā percipi  
in confessu est ; quod idem *Bru-*  
*xellis* in Ludo palmario experiri  
quoque licet.

### §. VII.

Porro sonus in *acutum & gravem*  
dispescitur. Sonus tam acuti quam  
gravis rationem vel uno unico de-  
monstrare possumus exemplo.  
Scyphum accipe scilicet vitreum,  
quem aquâ pura repletum made-  
facto indice , ad oram tcyphi, in  
circulum si perfricueris aliquan-  
tum, sonum tandem percipies, me-  
talli,

talli tinnientis ad instar, s<sup>v</sup>avissimum, quo concitata illa aqua adeo crispatur vehementer, ut a vento reliquo agitari videatur. Sed Scyphym illum ad medietatem saltem si repleveris, sonum nihilominus percipies, sed priori duplo graviorem, ita ut hic Sonus ad priorem perfectam consonantiam resonabit; remissioremque proinde aquæ notabis crispsationem: Quid vero acutus, quid gravis, brevibus intonsit. Ille est qui tempore breviori longius perficit intervallum & diutius Rœtius  
sæpe permanet; corporibusq; solidis,  
duris, levibus concavisq; adprime lib. 12.  
familiaris; qualem in metallis & Mūsico  
Campanis nobis experiri licet: De cap. 3.  
Sonometallorum ut & campanarum cum Cuneo hanc potissimum  
subjungimus rationem. (a) Corpora ejusmodi sonantia pauciores & arctiores cum habeant meatus, pauciorem idcirco recipiunt etiam sonum, qui cum impetu al-

52 Iisus non nisi insigni reicitur vi;  
& cum præterea superficies me-  
tallorum lœvis sit, totum ambitum  
peragrat, quò exilit denique (β)  
Corpus vero Campanæ cavum  
est, istius etiam ergo , majorem  
adhuc edit sonum; quia convol-  
vitur aer per totam campanæ  
circumferiam; qui exitu deinde  
prohibitius, violenter excurrit, ac  
per auras tandem dispegitur, an-  
tea cum varie allisus & rejectus  
fuerit. Prorsus mirabile quid de  
quadam legitur campana , illam  
scilicet tres reddidisse sonorum  
species; *Bassum* qui primus ac pro-  
prius erat Sonus, *Diapente* & *Diapason*, quod in aliis etiam instru-  
mentis æqvè observatum est: Ra-  
tio est, quia aer non uniformiter  
sed difformiter percutitur & fran-  
gitur, à variis mallei partibus, il-  
lius sc: campanæ: quo etiam va-  
riæ partes mallei *densiores* , *rario-  
res*, vel *minus politæ*, ex *molliori* vel  
*duriore* *materia* conflatae non pa-  
rum

Fab.  
Marin,  
Mer-  
sennus  
in Qv:  
super  
Genes.

rum conferunt. Idem de tubis 53  
Organorum & Violarum nervis  
dico: Hinc in proclivi est, cur  
instrumentorum musicalium fa-  
bricatores experientissimi, ad al-  
vum instrumenti, ripam vel ro-  
sam proportionatam adornare so-  
lent, per quam deinde aer alvo  
inclusus, chordarum beneficio,  
tremulum illum inseqvitur, ac  
proinde majorem edunt nervi so-  
num, pro majori aeris illinc re-  
sultantis copia. *Gravis* vero so-  
nus est *qui tempore adhuc longiori,*  
*brevius perficit intervallum, & cito e-*  
*vanescit:* corporibus asperis & po-  
rosis hic est communis sonus.  
*Causa adhibem⁹*, quia hæc corpo-  
raplures adhuc ac spatiuosos ma-  
gis habent meandros, qui aeris  
in se copiam recipiunt majorem  
quidem; sed non simili vel coar-  
ctatur angustia, vel exilit vi: tarde  
nimis hinc emanat aer ac cum  
illo Sonus, qui non nisi gravis ab  
eiusmodi resultat corporibus.

Sonus deinde vel *uniformis* vel *multiformis* est. Ille unum eundemque semper servat tonum & delectabilis minus est: vocatur. Græcis *Morozovia*: Hujusmodi præbent *tibiae utriculares* sonum, in Livonia musicum instrumentum magno habitum æstimio, molestum tamen ac auribus delecatoriibus & musicis ingratum; huic par *corvorum est crocitatio*, *ranarum coaxatio*, *tubarum etiam quarundam pulsatio*. *Multiformis* vero est, qui tonum variat & ab eodem recedit, ut in voce humana, instrumentis item musicis: ejusmodi etiam sonum variabilem in aviculis præstantioribus ac dulcisonis præsertim, natura formavit. Ultimo Sonus nunc *Gratus* nunc *ingratus* dici sivevit: Imo sonorum quidam adeo sunt molecti & inconcinni, ut eorum asperitate dentes ipsi stridere; quidam adeo apti & concinni, tam faviter fluentes, ut animum

mum extra se rapere videantur.  
 De ingrato superius, verbo egi-  
 mus, qui vel ex uniformitate, vel et-  
 iam tonorum iusta minns profici-  
 tur distantia. Gratus vocatur,  
 qui cum organo proportionem serbat  
 equabilem andientemque afficit su-  
 viter; quæ savitas non nisi ex  
 harmonia & tonorum justis ori-  
 tur intervallis; liquet hoc tam ex  
*Musica Vocali* quam *instrumentali*.  
 Sed quanta soni grati utilitas,  
 quanta denique savitas, proba-  
 tur fatis quotidiana experientia.  
 Ut de ejus utilitate dicam, reme-  
 dium, præfertim melancholiæ,  
 morbis etiam aliis exinde resul-  
 tantibus est *Musica præstantissi-  
 mum*; quod ex sacris liquet pan-  
 dectis. David enim Iſai F. ad  
 Saulum, regem Judæorum recen-  
 ti dæmonum incurſu exagitatum  
 accercitus est, ut cantu demulce,  
 ret mentis æſtuantem furorem: Judæ-  
 quotiens jam in morbum (*quem or: ext:*  
*horrendam ac gravem interpretantur Sam:16*  
*non nullum*

Joseph:

lib:6.c.

9: an-

tiqvit.

Judæ-

quotiens

56 nonnulli melancholiam ) incidebat  
Saulus, stans David ad caput, sa-  
cros hymnos, voce & fidibus edens,  
ad sanam mentem reducebat furen-

Veleſi⁹ cap. 28. tem. Rationem hujus pretiosissi-  
mi remedii subjungimus ; quia  
metus & tristitia , hujus pessimi  
morbi sunt accidentia , quibus  
nulla certe ratione melius succur-  
ri potest, quam omni delectameri-  
ti genere , evocando mentem à  
rerum terribilium consideratione:  
Nam sonorum musicam harmo-  
niam, insignem animi præstare  
hilaritatem , pluribus in locis te-  
statur *Sacra pagina*, cuius hæc sunt  
verba. *Vinum & Musica letificant*  
*cor.* Merito itaq; musica mœstis,  
quales sunt melancholicj succur-  
rere dicitur. Quot etiam enco-  
miorum elogiis, hæc celebratur  
Scientia in Sago pariter commen-  
datissima, eloqui vix possum⁹: Mi-  
litum enim animos ad fortitudi-  
nem excitat, & ad Martis prælia  
eos tanquam cogere videtur: red-  
duntur

duntur musicalium instrumentorum beneficio, milites alias trepidi satis, audaciores & ad pericula subeunda promptissimi. *De Lacedemoniis res est nota, qui non Cor-nibus vel tubis, in adeundis præliis, sed tibiarum usi sunt modulis, ut eo redderentur animi moderationes; nil magis ad victoriam conferre rati, quā ne in prælii primo congressu, militum ferverent animi, sed ad tibiarum can-tum componerentur, & cum Rythmo equaliter procedentes, integros servarent ordines: Nec enim tam ferox in Ly-est animus, qui concentu aliquo curgo. non moveretur harmonico: Notū est etiam mœstissimos, ope instrumentorum musicalium, ad lætitiam inclinari, maxime etiam lætabundos, ad melancholiā se composuisse, prout scienter, tem-peramenti justa cuiuscq; habita ratione, aptata fuerint; Martis etiam lectio-ne franget alumnos? Præter tiq. lib. hoc Poetæ etiam dicuntur tonorum suis modulationibus ipsa mo-*

Pausan:  
intaco-nicis.

Tuchy-dides,

Polyb: lib: 4.

Fab:L.

I.Piut.

Cœlius Rodius

lect.an.

9.cap.1. & 2.

58 viſſe ſaxa. Dignitatem ſcientiae hu-  
juſ quod attinet, tum in apprico  
eſt, majoribus noſtriſ, ſuperiori-  
buſ vitam degentibus ſeculiſ, a-  
deo fuſſe illam commendabilem,  
ita ut vitio illiſ non duceretur  
reliquaſ ignoraffe artes, *Muſicæ ve-  
ro fateri imperitiam, turpiſſimum cen-  
ſebatur;* Eapropter adoleſcentes  
ſuoſ, ad annum uſque treceſi-  
muſ huic adhærere fecerunt ar-  
ti, quo cœli eo melius fata infeli-  
ciora, in agris colendis labores  
affiduoſ & vitæ, oblivioni trade-  
rent, duritiem. Qui vero fit quod  
hominum animoſ ſonorū affi-  
cere poſſit harmonia, illoſ atq[ue]  
in quoscunq[ue] quam efficacifſime  
inclinet affectuſ: ſubtiliſſime de  
muſicæ hoc magnetiſmo diſſerit

Vid: cl. his Scaliger verbiſ. *Propere a in-  
Scali. quit, quod Spirituſ qui in corde agitant,  
gerum. tremulum ſubſaltantem recipiunt ac-  
rem in pectus, atq[ue] cum affini ſuo u-  
num fiunt. Ita ſeq[ue]ntur ſpirituſ reli-  
qui ceteriſ im corporiſ poſti partibuſ:*

*mouen-*

moveantur musculos aut cohibent: pro-  
ut numerorum lex vel crebescit incita-  
tionibus, vel tensore composto quiescit,  
aut levitudine quietem comitatur. Ita,  
quemadmodum in fidibus, tanta chorda  
quapiam eque sensa altera chorda con-  
tremiscit, qui in corde insunt Spiritus,  
citantur ad exterioris soni motum, tan-  
to facilius quam chorda, quanto ma-  
jor unio est. Quocirca etiam depre-  
sus & marcidus animas attollitur, fa-  
cta extimi aeris subeuntis accessione:  
elevatus vero cohibetur aut etiam de-  
trahitur de suggestu illo, contraria re-  
tione: que est causa ut plerique aliud  
agentes carentibus occinantur: Si quis  
summisse loquatur cum illo & nos; si  
quis clamet, clamandi libido incessat  
majorem hominum partem: qua puden-  
tia aut rationis vi non continentur.  
Ideo in concione ac prælio, si unus  
clamorem attollat, illico fecerit id to-  
ta concio aut acies: Scaligero etiam  
assentitur Campanella: Spiritus in-  
quit naturæ mobilis, delectatur motu  
tanquam propria operatione, quia ser-

60 vatur in esse suo, purgatur, attenuatur,  
diffunditur, augetur, vivificatur: pro-  
pterea soni vim magicam continent, qui  
modent ipsum ad diversas affectiones  
pro ipsarum varietate: asperi ut tuba  
& tympani agitant ad iram, molles pla-

Vid: re- nigr, ut fides & Cythara ad amorem; fa-  
lesium ciles & significativi mysterium ad pie-  
Lib: 7. tatem, ut templi Organa.

cap: 38. De usu Musicæ in passionibus  
curandis Melancholicis, Ficinus i-  
ta scribit. Quid humani corporis spi-  
Marc. ritibus convenientius est, quam voces ho-  
Ficinus morum & figure? eorum præsertim, qui  
orat. 6. non modo naturæ similitudine, sed e-  
cap. 9. tiam pulchritudinis gratia placent.

Qvam ob rem Melancholici &  
Cholerici homines, tanquam uni-  
cum remedium & solamen mo-  
lestissimæ illorum complexionis,  
cantus & formæ oblectamenta se-  
tantur. Sic Pythagoras insanæ  
mentis homines, ac furiosis &  
compositis motibus ad sanitatem  
restituit, dulci & leni Musica, spi-  
ritus motiones componendo. Da-

mon concentu Musico ebrios cu- 61  
ravit , *Spiritus in caput attrahendo*  
& *somnum procurando*. Sic & Ap. Vide  
puli soni , Tarantula allæfos fa- Magn.  
nant, spiritum roborando, ut cor- Athan:  
pus agitari & venenum expelle- Kirche  
re possit , saltatione videlicet ri pag.  
crebra. m.598.

Præterea de sonorum etiam efficacia, pulcherrimè differit A- Arist.  
ristoteles , ubi Musicam appellat lib:8.  
*ἰατρέιαν τῆς διὰ τῶν πόνων λύπης*: Polit.c.  
& posse ostendit *ῳδὴσκεψία* 5.6.&7  
ιος τῆς ψυχῆς. Plato quoque tan-  
ti fecerit Musicam, ut mandato prohibuerit novam aliquam inducendam; Propterea quod Musicae  
modi , absq; maxima legum civilium  
mutatione, nequeant mutari.

### §. IX.

Fuit haec tenus Soni *distributio ex adiectis; ex subiectis* jam leviter tra-  
denda nobis venit eadem: Et con-  
siderari solet sonus prout est vel  
*Inanimatorum* vel *animatorum*: Ille  
pro varia corporum affectione &  
concus-

62 concussione etiam varius est, Sim-  
plex & Reflexus, Acutus & Gravis:  
Qvomodo vero generetur Sonus  
tam acutus quam gravis in rebus  
haud animatis, brevibus expone-  
mus: siquidem de simplici & re-  
flexo antea nonnihil egimus. Fit  
itaque *acutus*, cum collisi corporis  
*partiunculae confertiores* habentur ac  
suas citius consciunt *vibrationes*: aut  
plures quidem, sed in majori sunt un-  
dulationes spatio. Et quo major sit  
tensio, eo sonus etiam acutior, sed  
cum magnitudine corporis com-  
parata, nunc *major* nunc *minor* au-  
dit. Sic tibia quo fuerit longior,  
eo graviorem edit sonum; *eadem*  
*majoris campane & cuiusvis corporis*  
*magni sonori est ratio.* In instrumen-  
tis pneumaticis vero, prima *Spiri-*  
*tus impulsio & ejus reflexio ad*  
*soni plurimum juvat mutationem;*  
sed in aliis, quæ percussa resonant  
instrumentis, ut in campana, ma-  
teriæ & figuræ æqualitas sonum  
generat æqualem, quia *ibi nulla*  
*sono-*

tonorum haberi potest, ratione pulsationis aeris, differentia. Ut in tubis & tibiis saepè comperire licet. Si vero non justa fuerit mallei cum campana æqualitas & proportio, difformiter sonat; Sic etiam corda ubiq; sibi similis Sonum æquabilem reddit, sed alia si fuerit crassior vel tenuior parte, tum proinde imparibus subsultat Sonis, & falsus merito dici syevit. In tuba vero bellica toni mutatio, vel ex labiorum compressione, quæ coarctata auctiorem, laxiora plenioram emittunt sonum, vel ex varia spiritus impulsione pendet. Sic in Pneumatici Organi tubis & fistulis; quanto fuerit lingula rigidior & brevior, tanto Sonum etiam reddit remissiorem, eo quod crebriores fuerint vibrationes: cumque vero lingula fuerit oblongior, plenioram etiam efficit sonum, etiam si brevior sit tubus, aut impulsio debilis: et hoc ex nimia coarctatione aeris; sed in tibia germa-

germanica, fistula ut & tubis bellicis, aucto spiritu, incrementa subire necessum habet sonus: nam ipsa aerem pulsandi vis, intentiores etiam procreat sonos: cum tamen in iis, tubis videlicet, non particulæ saltem, sed & partes vi spiritus impulsæ quatuntur: Sed in campana partes tremunt singulæ. Cum tibiis vero chordæ hoc habent commune, quod longiores & laxiores tonum remissiorem efficiant: ita cum tibiarum spatiosa fuerint foramina magis, sonus etiam est intensior: Nam intensior & auctior est Sonus, quando in angusto loco, particulæ vi percussionis agitantur plures, sed longius cumque decurrit aer spatium, tum de impetu suo multum perdit atque vi sua privatur pristina: In tibia vero contracta aut foraminibus pertusa, aerem liberius depromit, & vim imminutam vix tuetur suam: quare tubi, organi etiam pneumatici in parte

parte sui extremae occlusi duplo sonum 65  
edant remissiorem, quam si fuerint re-  
clusi: Idem de tibiis etiam di-  
cendum venit occlusis. Nam a-  
eris quicquid impedit exitum,  
vim illius vel etiam motus cele-  
ritatem proportione sua infrin-  
git, ac aer per longius volutus  
spatium, particulas corporis lang-  
vidius etiam ferit. Et haec de  
instrumentis musicis obiter dicta  
sunto, jam consequens erit ut e-  
tiam de voce articulata humana,  
nonnulla agamus ea brevitate,  
qua par est.

### §. X.

Inter signa, quibus hominem  
imaginis suæ ἀπχέτυπον, ab aliis  
discriminari voluit Summus con-  
ditor, non extremo loco celebran-  
da venit vox humana. Nam hinc  
omnis nostra proficiuntur cogni-  
tio, ex facultate nimirum homi-  
ni primitus indita loquendi; quæ  
rationis nostræ, ad hanc scilicet  
exprimendam, promptissima est

66 ministra. Qvare hanc etiam in  
homine facultatem , pulchre his  
comendat Fabius verbis, dum in-  
quit: Ipsa ratio, neq; tam nos juva-  
ret, neq; tam in nobis manifesta es-  
set, nisi concepissimus mente, pro-  
mere etiam loquendo possemus.  
**C**olligere itaque in proclivi erit,  
in quo omnis loquelæ humanæ  
consistat natura atque indoles: Eſt  
enim hæc, Sonus ab homine pro-  
fectus & articulatim formatus,  
quo conceptum exprimimus  
mentis nostræ. Hoc cum aliis  
quidem animantibus homo habet  
commune, quod vox sonus sit,  
quo affectus suos exprimere co-  
nantur & illa; verū enim vero in  
homine Sonus ille articulatus,  
cū significandi quadā conjunctus  
est intentione, & exprimuntur  
voce hac articulata non solum  
motus & affectus, sed intimi et-  
iam conceptus & cordis cogi-  
tationes variæ; quare haud iñme-  
rito societatis vinculum præ-  
cipuum

Variæ circa vocis humanæ evolutionem oriuntur quæstiunculæ, clausis haud intuendæ superciliis, quas inter primas tenet: *An voces sint à natura, an ex hominum institute arbitrio?* Ad hanc quæstionem ex iis, quæ antea allata sunt ansa erit respondendi per facilis, voces nempe ex hominum voluntate rebus significandis aptatas esse. Ex conventione enim hominum vox potius una quam altera rem certam significat, unde in linguis tanta deprehenditur varietas & inconstantia, sed quod in hoc covenerint homines, naturæ factum est impressione, qua a' iis atque aliis natu quavis hominibus, animis inter se tamen consociari amant. Sed vocem hanc articulatam homini à natura inesse quamvis constet, huc tamen non parum facit hominum impositio nominalis. Nam infantem carceri si

63 includeres, omnique destituere-  
tur hominum conversatione, fo-  
ret utique ut non solum hæc sed  
illa etiam illum lateret lingua;  
quæ sine conversatione & exer-  
citatione crebra adhibita, semper  
ei maneret incognita.

Loco secundæ quæstionis hæc  
stare potest : *Quomodo scilicet*  
*voci aut sono ab homine prolatu,* cer-  
ta idea & perceptio illigari potest,  
ut quotiescumque idem aures percel-  
lit *Sonus, Spiritus commoveat & in*  
*cerebro imprimatur illius rei percep-*  
*tio, adeo ut idea statim recurrat*  
*& cum sono conjungatur?*

Verum quidem est, quod cum  
perceptione illa, vel nostra idea,  
nulla sit naturalis vocis similitu-  
do, neque ab auctore naturæ ide-  
a huic sono illigata fuerit; ut vo-  
cibus quæ animi affectus aut mo-  
tus exprimunt accidit: Sed est  
hic animæ & corporis ab aucto-  
re naturæ constitutus nexus, ut  
certos

certos corporis motus & cerebro  
 impressa vestigia, animi notio-  
 nes, conceptus & ideæ consequan-  
 tur: Hinc quæ tantum imperfe-  
 ctè & confusè sensum afficiunt,  
 eadem mens confusa quadam  
 consequitur cognitione: quæ ve-  
 ro distinctè & validius sensum  
 commovent, altiusq; cerebro im-  
 primunt signum, eadem distinctè  
 etiam magis percipit mens no-  
 stra: quare cum mentis idea cum  
 aliqua sensus affectione fuerit con-  
 juncta, quæ cerebro suum inurit  
 vestigium, fit proinde, quod quo-  
 tiens eadem repræsentetur idea,  
 idem vestigium quod Sonus aut  
 vox antea cerebro impressit, ite-  
 rum excitetur, ita, ut quando re-  
 vertitur ille sonus, eadem etiam  
 recurrit idea, eo quod uno eo-  
 demq; antea conjuncta fuerint  
 tempore. Hinc, cum voces, ho-  
 minum *voluntate effictæ*, ideis &  
 conceptibus interdum conjungā-  
 tur quam difficilime, sequitur re-

70 rum cognitio difficilima; Unde  
in addiscendis linguis quibus-  
dam difficultas nata. Requiri-  
tur itaq; huc etiam ut accedat li-  
bera & prona voluntas ac pro-  
pensio, quæ vestigia illa per ani-  
males Spiritus fortius imprimant,  
quô ideas illas diutius permane-  
ras eo excitent facilius; alias u-  
triusq; & vocis & ideæ societas  
debilior foret, quam ut simul pos-  
sit recurrere. Determinatam i-  
taq; voci certæ ideam alligant  
firma & constans hominum vo-  
luntas, vel quo ardent suas com-  
municandi intentiones, studium.  
Hoc idem in infantulis compe-  
rire licet; incipiunt enim primo  
Syllabas, deinde verba formare  
& pronunciare, prout à docen-  
tibus suis fuerint instructi: nam  
homini à natura datum est, ut af-  
fectus suos & animi motiones,  
non per signa solum exteriora,  
sed & voce cogitationes suas ali-  
is renunciet: estq; ut antea in-  
nue-

nuebamus vox hominis articula- 71  
ta aptissimum societatis huma-  
næ vinculū. Infantibus fandi ad-  
huc destitutis notitia, cum res a-  
liqua ostendatur, statim tam rei  
idea quam nominis impositio  
quærendo animum subeunt, quæ  
sua in cerebro relinquunt phan-  
tāmata; ita ut simul nominis im-  
positio cum ipsa rei idea animo  
occurrat cogitanti. Hæc fandi  
notitia in infantulis paratur ex  
vehementi loquendi desiderio,  
cum crebra adhuc molli & agibili  
vestigia imprimantur, quæ dein-  
de non seorsim sed juncta animo  
se sintunt cognoscenda, & tum in-  
fans similem tandem formare ni-  
titur pedetentim vocem, unde  
expeditior redditur ac volubilior  
lingva; & hoc ex Spiritu præ-  
sentia atq; ope, qui animi execu-  
tioni mandant jussa: hi nervum  
cum lingua & vocis organa con-  
junctum sic movent, ut voces

72 lingua exprimat articulatas: quo-  
modo vero hoc sit & quædam  
organa illa sint in progressu pa-  
tebit. Quæri etiam 3. solet  
*Utrum voces mentis ideas, an ipsas*  
*res primum significant?* Fatemur  
quidem voces animi significare  
ideas, à se invicem tamen separari  
non posse: nam utrumque  
à loquente intenditur, ut animi  
sui exprimat conceptus, ab audi-  
ente vero ut res percipiat distin-  
cte, prout in se & sua sunt natura.  
Et quidem non nisi eam ob cau-  
sam hominem voce articulata do-  
nare voluit Creator optimus, ut  
animi sui exprimat sensa & cor-  
dis cogitationes antea sepultas:  
quare qui audiunt non tam ad  
loquentis conceptus, quam rem  
ipsam animum advertunt. Huc  
tria potissimum pertinent requi-  
sita. 1: ipsa cogitatio seu exte-  
rior quædam de re nata rite per-  
cipienda collocutio; quæ *verbum*  
*mentis* appellatur: 2. Ipsum e-  
xamen;

xamen; nam dum secum cogitat mens variè discurrit, & ab ufraq: parte allata perpendit argumenta, vocesq; quærit quibus cogitationem suam exprimat, vocatur hoc verbum *cordis*. 3. Voces rebus significandis idoneas profert; quod est verbum *oris*; venit nominis impositio loco iudicii.

### §. XI.

Ultimo veniunt instrumenta, Vide quorum ope voces elaborantur **Con-**  
**humanæ**, recensenda: Et sunt templo-  
 1. *Pulmones*, qui aerem duorum  
 folium ad instar trahunt atq; re-  
 mittunt. 2. *Torax*, qui motrici-  
 um muscularum interventu, pul-  
 mones comprimit & per asperam  
 arteriam aerem illum extrudit  
 compressum. 3. *Arteria ipsa*,  
 quæ canalis patens est, à fauci-  
 bus oriens, & per collum in pul-  
 mones decurrens, expirati & re-  
 tracti aeris utilitatibus inserviens.  
 4. *Larynx*, arteriæ pneumaticæ

caput ad fauces ejusdem situm, aerem per arteriam extrusum frangens sonumq; modulans; qui se interdum dilatat, interdum etiam constringit, prout gravis vel acutus, intensior vel remissior formandus est. 5. *Englottis*, quæ membrana est cartilaginosa, hederæ folii figura, laryngis summum ostium, ne quid cibi vel potus per illam illabatur, operculans. 6. *Gargilio*, caruncula rotunda, in extremo dependens palato, epiglottidem condens. 7. *Palati cavae*, cujus scabris asperitatibus, aptitudo inest ad vocem detinendam & circa latera cōgeminandā naturalis. 8. *Lingua*, quæ vocem dearticulando aptare incipit. 9. *Dentes*, qui lingvæ iectum excipiunt & concentu quodam verba, syllabas & dictiones componunt. 10. *Labia*, quæ jam compositas ac perpolitas extra dentes deferunt voces, & compressionis diductionisq; artificio easdem

dern reddunt distinctas, ac intelligibiles.

75

§. XII.

Ita instrumenta vocem procurantia obiter lustravimus, sequitur jam illarum insignis differentia, quam vel asperæ arteriæ cum larynge dispositio, vel aeris intracti vel exspirati qualitas, vel modus tandem infert exspirandi. Differentiæ quas *aspera arteria & Larynx* constituunt, vel ab ejusdem pendet temperamento, vel ab accidentibus aliis, temperamentum concomitantibus. Illorum temperamentū nunc est Calidum aut frigidum, nunc humidum aut siccum, nunc ab illis conflatum. Accidentium vero numero adsignantur *magnitudo, figura, levor, asperitas &c.* Sed è temperamento sicco vox præcipue provenit canora, clara, & resonans; ac si prævaluerit siccitas, tinniens, stridula & clangosa; Sed si fuerit humidū & sine concursu validiori hu-

ori humorum, vocem causant  
fuscam, obscuram, confusam; si  
vero cum insigni aliqua horum  
affluxu, raucam scilicet & fodi-  
dam. Temperamentum calidum  
& frigidum nullas per se edit vo-  
ces nisi per accidens, prout La-  
ryngem calor vel exsiccando di-  
latat, vel illam frigus constring-  
endo coarctat. Sed tempera-  
mentum moderatum ad *justitiam*  
vocem sonoram, dulcem, bla-  
dam, limpidam fundit. Ipsa ve-  
ro arteriae figura interna, si ad  
longitudinem rotundam compo-  
sita fuerit, vocem efficit æquabi-  
lem & Sonoram; Si vero insi-  
gnem aliquam subiverit magni-  
tudinem, vox evadit grandior &  
*Gravis*. Si vero fuerit angustior,  
vocem reddit exilem & tenuem,  
si asperior inæqualem & minus  
svavem; horum scilicet sonorum  
differentiam, ex fistularum seu tu-  
barum organorum constitutione,  
experiri licet quā accuratissimē.

Differentia etiam vocum dependet ab aeris intracti & extracti qualitate, quæ suas etiam vocum ritè formare didicit differentias, prout fuerit ille tenuis vel crassus: ille levem, hic gravem edit vocem: quo etiam fit quod hymne voces semper sunt graviores quam æstate: Intervallo vero autumnali & verno obtusiores non-nihil, propter variam aeris quoq; temperiem, quam media æstate. Ait exspirandi modus, celeriter & cum copia quadam, tarde & cum paucitate, vehementer & cum labore, remisso & absq; pulsu, vocem efficit nunc gravem, nunc acutam, nunc parvam nunc majorem etiam, nunc stabilem, nunc tremulam magis, prout quisq; aerem aptare valuerit. Et hæc etiam de voce humana dicta sunto; ne itaq; immoderata aliqua prolixitate aut scribendi libidine, admodum videamur molesti, extremam hic impone-re lu-

78 re lubet manum, sub auspicio pa-  
riter ac inceptum est Optimi Ma-  
ximi: Cui cum Filio & Spiritui  
Sancto sit Gloria, Honor & laus,  
in nunquam determinanda Se-  
culorum secula.

*Tantum.*

---

Clarissime Dn. CANDIDATE,  
Amice singularis.

Pbilosophiam, exoptandum illud Di-  
vine bonitatis donum & inventum,  
amplissimo ac amoenissimo cuidam  
horto recte assimilari posse certum est:  
quippe quod in illa satis multa in-  
veniantur que admirabili jucundita-  
te homines afficiunt, non certe mi-  
nus quam florentissima quedam in  
horto fæcundissimo existentes arbores,  
que colonis grata ramos graves por-  
rigunt ponderibus magnis. Nam  
si aliquis esset, qui vel ex ignorantia,  
animi pravitate, vel ex alia qua via  
animis

animi se ad hoc credendum adduci, non  
 pareretur explorimis illis jucun-  
 dissemis rebus, quas Philosophia con-  
 spiciendas offert diceretur. Inter a-  
 lia sepe auribus baurimus suadisse-  
 mas voces, jucundissimos concentus,  
 mirifice corda oblectantes, adeo ut  
 admiratione suspenfi, naturae genium  
 extollamus, simulque laudemus eos,  
 qui in hinc per volvendis operam  
 collocant. Nam argumenti eximia  
 est vis dignitasque se nervoso pen-  
 sitetur iudicio digna Apellis penieito  
 lo adumbrari, Ciceronis eloquentia  
 proferri, Aristotlis ad curata ingenii  
 lance penderari. Tuam itaq; laudo  
 industriam Clarissime Dn. Candi-  
 date, qui artibus liberalibus tan-  
 tam impendi operam, ut uber-  
 rimam præmiorum messem propediem  
 merito exspectare possis, conferen-  
 que in Te Musæ diu promeritos hono-  
 res. Vale.

Tuus ex aſſe.

FRIDERICUS von Prūſſ.

## SONNET.

En Clio festrat upp / Euterpe gisvit dñia/  
 Terpsichore mä lust/ alti' rishanda öste/  
 Erato myrdas höge/ des blöda Mänster  
     nät/  
 Han teet nu fram sin Frucht / den matnas har  
     Thalia,  
 Må Dhygd å' Lärdoms Dagg; derför' och Grus  
     Σοφία,  
 Hon mirkar hoop en Crans / hwars bländkand  
     Sägtring läck/  
 Frachear Ormeling / och fräkand Aswundi  
     Fläck/  
 Som sprutar vht sitt Saep/ dä' wrake Φιλαυτία.  
 Eh bredd rin Grenar vih / du fruggesfulla  
     Lind.  
 Som städige roorar flår / på Pindi Berg  
     det höga/  
 Å' läck a Muser fram sem sagra d' på Kind/  
 Må lustig Stämma / Sång / at the ey finnas  
     irbga/  
 Under tett swalland Skihl at trippa lustige  
     tring/  
 Din GUDD / sin Kung / iugh siess kan tu  
     fälcdi förndya.

J. Münster.

# Clarissime DN. CANDIDATE.

Ut estimis & honore preponent quibus studiis honestissimis & virtutibus occupatum effluit destinatum vita tempus, ita qui plebeis tantum & vulgaribus contenti, nec per ardua & summa virtutum culmina eniti constantur, digni nunquam sunt quorum nisi per tetram quandam rejectionem meminerit cordior eruditorum stilus: quorum enim infesta ignorantia cum nihil praeclarum vel communis societati proficuum promittat, non nisi flagitium fore adulatoriis ambagibus eandem elevare. Contingere quidem solet plerumq; in mundi hoc theatro, ut reportent ciuius virtutum laudes quorum simulata animi rectitudo pro bonis quas publico debet arbitribus & studiis inconsitam ubiq; temeritatem ostendit, quam qui eximia industria Candidam sinceritatem patrie probant: Sed facit hoc seculi perversitas, donec justis & benignioribus approbantibus fatis, certo constabit exemplo, malarum artium omnium breuem esse gratiam, inflix premium, eternam turpitudinem. Hinc excelsum ingenium & servilis subjectionis impatiens, quo magis premitur, eo illustrioribus notis ostendit vir-

zatum documenta, quo magis premio fidei &  
virtutis sue defraudatur, eo altioribus au-  
spicys ejus felicitatem dispensat Deus. inde-  
fessi laboris remunerator munificentissimus.  
Laudamus hoc nomine te, Cl. Candidate, qui  
ejurata ab incunabulis omni vitiorum servi-  
tute, morum & animi constantia ac rectitu-  
dine illud obtinere semper conatus es, ut pos-  
ses cum tempore in publico vivere, non qualis  
errore seculi immerito ad honorum fastigia  
ejectus esset, sed cuius diligentia, labores &  
studia preclara publico suffragio id felicita-  
tis obtinerent, unde inclitum resultet nomen,  
decus & gloria. Ad quam nunc plenis passi-  
bus properas, dum prater alia quæ in pu-  
blicum egregia dedisti specimina, etiam nunc  
profers illustre scientiae & eruditionis tuae do-  
cumentum. Sincere itaq; tibi gratulor, atq;  
omnigenam felicitatem ex animo vdeo & opto.  
De cetero quoq;, quæ sinceritate affectus mei  
promptitudinem tibi offero, ita semper spero  
ac desidero candidi tui ac benevoli affectus  
reciprocum testimonium.

Vale

T. e. s.  
AND. I. N. D.

Se-

Solertissime DN. CANDIDATE,  
Amice in paucis dilecte.

Quo te præcipue commendem nomine, A-  
mice,

Qui tot jam studiis examina docta subisti?

Proponis pariter Musis certamen amandum.

Tumet, Deq; Sono confictu dissensis acri:

Digna est hæcce tuo ingenio speculatio rara.

En variat tua lingua Sonum, dum dissensis amplè:

Musis ergo manes semper tu gloria claris.

Musarum studiis per tempora dura vacasti

Tanto cum nisu, ut tibi digna brabéa Camenæ,

Certa brabéa parent, caput ut tibi cingere

Lauro

Tentant, Teque jubent concendere culmina  
honoris,

Insuper & præbent quidquid mortalis vinceit.

Sic doctorum inter luces claresq; caereras;

Sic virer Abodicis doctissima concio Musis!

Weſt-Gothos inter vel ego quoq; grator hōori

Tanto, & progressus tibi gratulor ore ani-  
moque.

Res cadat ex voto, sano sic corpore semper;

Ut bene cœpisti, sic perge favere tuo!

AMAN!

Ingenio, Eruditione, morumq; conformitate  
Politissimo Viro. Juveni,

IN. JOHANNI LINDE-BERG/  
Philosophiae Candidato dignissimo,  
Fautori & Conterraneo meo singulari, pro  
summis & bene meritis in Philosophia hono-  
ribus obtainendis, de Sono in Physicis egregiè  
differenti, licet minus graphicè, tamen  
ex animo festinanter applausi :

**M**usis qui indulgent, laudantur ubique  
locorum,

Ipsos conseqvitur gloria, fama, decus.  
Orbis ad exemplum procedis sympathia,  
Docti, qui metam nunc tenes ipse Tuam.  
Hinc precor ut felix vivas in Nestoris annos,  
In laudem DOMINI, cum Patriaq; bonum!  
Sic vigilasse iudat, sic Phœbi scandere culmen,  
Ut demum cultor, digna Beatiæ ferat.  
JOHANNES HOLMENIUS.

